This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

C 84 L 61

DIALOGVS VEROS MEDICINAE FONTES INDICANS, AVCTORE Laurentio Cocar, Valentino Doctore Medico.

AD ILLVSTRISSIMVM & Excellentissimum D. Don Mauricum à Lara Ducem Nasarae, Comitem Valentiae. &c.

UNIVERSIDAD CENTRAL BIBLIOTECA MEDICINA

Cum priuilegio.
VALENTIAE.
Apud Petrum Patricium.
1589.

OS DON PHELIPPE por la gracia de Dios Rey de Caſtilla, de Aragon, de Leon, delas dos Sicilias, de Hieruſalem, de Portugal, de Vngria, de Dalmacia, de Croacia, de Nauarra, de Granada de Toledo, de Valẽcia, de Galizia, de Mallorca, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarues, de Algezira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Indias Orientales y Occidẽtales, de las Islas y tierra firme maris Oceani, Archiduque de Auſtria, Duque de Borgoña, de Brabante, de Milan, de Athenas, y Neopatria, Conde de Abſpurg, da Flandes, de Tirol, de Barcelona, de Roſellon y Cerdaña, Marques de Oriſtan, y Conde de Gociano. Por quanto por parte de vos Lorenço Coçar Doctor en Medicina nos ha ſido hecha relacio, que aueys compueſto vna obra intitulada, Dialogus veros medicinæ fontes indicans, la qual deſſeays imprimir en los reynos de Aragon, Valencia, y Principado de Cataluña, y Condados de Roſellon y Cerdaña para ſacar alguna vtilidad y prouecho de la impreſsion ſupplicandonos os demos licencia y facultad, para que vos o la perſona que vueſtro poder tuuiere podays imprimir en los dichos Reynos de la Corona de Aragon, Principado de Cataluña y Condados de Roſellon y Cerdaña la dicha obra. E nos teniendo conſideracion al fructo que de la dicha obra ſe puede ſacar, y los gaſtos y coſtas q̃ ſe offrecẽ en la dicha impreſsio, y que ha ſido viſta y reconoſcida por nueſtro mandado, lo auemos tenido por bien en la forma y manera infra ſcripta. Porende cõ tenor de las preſentes de nueſtra cierta ſciencia y real auctoridad deliberada-

mente y consulta, damos licencia permisso y fa-
cultad a vos el dicho Doctor Lorenço Coçar, y
a la persona o personas que vuestro poder tuui-
ren que podays imprimir o hazer imprimir al im-
pressor o impressores q̃ quisieredes la dicha obra
arriba intitulada en qualesquier ciudades, villas,
y lugares de los dichos nuestros reynos y seño-
rios de la corona de Aragon, y vẽder en ellos asi
los impressos como los que hareys imprimir en
ellos, prohibiendo segun que con las presente
prohibimos y vedamos que ninguna otra pers-
na la pueda imprimir ni hazer imprimir ni ven-
der ni leuarlas impressas de otras partes a vẽde-
en los dichos nuestros reynos, sino vos o quien
vuestro poder tuuiere por tiempo de diez años q̃
comiencen a correr del dia de la data de las pre-
sentes en adelante, sopena de dozientos florines
de oro de Aragon, y perdimiento de moldes y li-
bros diuididera en tres partes yguales, vna a nu-
stros reales cofres, otra para vos el dicho Doctor
Lorenço Coçar, y otra al acusador, con esto em-
pero que los libros que hizieredes imprimir para
vender en los dichos nuestros reynos y señorios
de la corona de Aragon no los podays vender ha-
sta que ayays traydo a este nuestro S. S. R. con-
sejo que cabe nos reside el libro original que nos
aueys presentado y esta rubricado a la fin del, de
mano de Pedro Tranquesa nuestro Secretario in-
frascripto juntamente con otro de la nueua im-
pression, para que se comprueue y se vea si la di-
cha nueua impression esta conforme al dicho li-
bro o obra que originalmente se nos ha presenta-
do, y esta rubricado como arriba se dize. Manda-
do con el mismo tenor de las presentes y de la di-
cha nuestra cierta sciẽcia y real autoridad a qual-
quier lugartenientes, y capitanes generales, can-
celler

celler, vicecanceller, regentes la cancelleria, regẽ te el officio, y portantvezes de General Gouernador, alguaziles, vergueros, porteros, justicias y otros qualesquier officiales y ministros nuestros mayores y menores en los dichos nuestros reynos y señorios de la corona de Aragon cõstituydos y constituyderos, y a sus lugartenientes y regentes los dichos officios, so incurrimiento de nuestra yra, e indignacion y pena de mil florines de oro de Aragon de los bienes del que lo contrario hiziere exigideros, y a nuestros reales cofres applicaderos que la presente nuestra gracia licencia y prohibicion y todo lo en ella contenido os tengan guarden y obseruẽ tener guardar y obseruar hagan sin contradicion ni dar lugar ni permitir que sea hecho lo contrario en manera alguna si nuestra gracia les es cara, y de mas de nuestra yra e indignacion en la pena sobredicha desseam no incurrir. En testimonio de lo qual auemos mandado despachar las presentes con nuestro sello comun en el dorso selladas. Dat. en S. Lorenco a diez y siete dias del mes de Iunio, año del nascimiento de nuestro señor Iesu Christo, mil quinientos ochenta y nueue,

YO EL REY.

V. Frigola Vicecan.
V. Comes Gen: Thesau. *V. Franquesa pro Conser. Generali.*
V. Campi R. *V. Sapena R.*
V. Marzilla R. *V. Terça R.*
V Quintana R.

Dominus Rex mandauit mihi Petro Franquesa, visa per Frigola Vicecan. Comitem Generalem Thesau. Sapena, Campi, Terça, Marzilla & Quintana Regentes Cancellar. & me pro Conser. Generali.

In Diuersorum XXIII.
Fol. CXXXXV.

VIdi librum Doctoris Laurentij Coçar Medici Valentini, cui titulus Dialogus veros Medicinę fontes indicans, in quo generalia indicantur, & particularia pollicentur scitu dignissima, ob idq; typis mādari oportere iudico.

El Doctor Fernandez
Protomedico de Aragon.

ILLVSTRIS.

SIMO ET EXCELLENtiſsimo Duci Najaræ, & Valentiæ Comiti clariſsimo, Laurentius Coçar S. P. D.

QVONIAM SÆPE VSV venire ſolet, vt prætioſa quæq; Philoſophiæ arcana, quæ viri docti bonarum artium ſtudijs enixè incumbentes, ingenioſa cõtemplandi ſolertia, laborioſa experiundi ſagacitate, vigilantiq; induſtria ſunt conſecuti, ea veluti ſibi ipſis ſuffurantes, ne inuidos mordentes contra ſe irritent, in proprios theſauros recondant. Idcirco cum hoc libello res abditæ, excellentiſsimæ Dux, ad veram medicinam pertinẽtes tractentur, & te omnes veritatis defenſorem, publicæq; vtilitatis amatorem eſſe fateantur, tuo fauore mihi opus erit, vt ſine dubio, quæcunq; mea fuerit felicitas dentes liuida rabie infectos, vitare poſsit. Vale.

AD FLORENTISSIMAE VNIVERsitatis Valentiæ Doctores optimos insigneſq; medicos Laurentius Coçar S.

VMANAM Sapientum ſocietatem, ad augendas, perficiendaſq; bonas artes, plurimũ conducere, omnibus Valentinæ ſcholæ doctoribus compertum eſt. qui cum videant hunc in ſtirpium, animalium, & ſubterraneorum hiſtoria, illum in anatome, alium in alijs medicinæ partibus

tibus versatißimum; neq; omnibus eũ dem rerum faciendarum ſpiritum à Deo cõceſſum eſſe, nemo alterius virtutẽ vituperat; ſed alter alterius operibus fruitur, ſeq; mutuo iuuant. Hoc beneficio Galenus deſtitutus ſcribit ſe noluiſſe mathematicis, aut ex alijs diſciplinis deſumptis demonſtrationibus opera ſua illuſtrare, ne medici ſuos libros prorſus aduerſarẽtur. qui cùm Galenum non ſolùm in medendi arte; ſed in alijs facultatibus verſatißimũ eſſe cognouiſſent, amplius nolebant illius vti conſortio. Hæc ſanè ambitio & inuidia apud vos celeberrimos, doctiſſimoſq; viros noſtræ vniuerſitatis hodie non inuenitur. Sed vt dixi, in rebus medicis veſtra mutuò ingenia iuuantes, ſummam totius me-

dicinæ perfectionem quasi complecti videmini. Vestræ igitur societati, & amicitiæ ascriptus ego mea opera in lucem edere non verebor. Edendorum igitur operum opusculum hoc veluti introductionem quandam contra mundi tyrānidem defendendum susci piete, & valete.

DIA-

DIALOGVS VEROS MEDICINAE FONTES INDICANS, eorumq; cognitionem perfecto medico neceſſariam eſſe demonſtrans.

INTERLOCVTORES.

Vranius. *Euphilus.*

SALVE, TIBI DICO, Euphile amantiſsime ſalue.

¶ *Euphilus.* O mi chariſſime Vrani ingredere; ſede; eſtne aliquid quod mea opera ſit tibi neceſſarium?

¶ *Vranius.* Optabam vehementer te inuiſere, & alloqui, antequam ab hoc oppido diſcederem. ¶ *Euphilus.* Diſcedere iniquis? Hoc eſt quod pol licitus es mihi ſuperioribus diebus, ni mi-

mirum te omnes abditarum rerum ſtudioſos Philoſophiæ arcana non exigua, atq; ad medendi artem vtiliſsima edoctũrum?

¶ *Vr.* Decreuerã, vt tibi dixi, proximorũ charitate motus, ferè omnia medicinæ arcana, quæ ab ineũte ętate diuturna & diligenti obſeruatione adhibita, maximo labore, & ſumptibus nõ exiguis cõparaui, bonis, & gratis medicis manifeſtare. Quod ſanè facili negotio ad optatum finem Principis cuiuſdam auxilio ducere ſperabam. Cæterum multorũ ingratitudo & hodiernus bonarum artium contemptus plurimum impediunt, quo minus id præſtare valeam. Mutare igitur ſententiã volo, & quæ ad tuendam ſalutem & depellendos morbos ſummo ſtudio ex quatuor veris medicinæ fontibus conſecutus ſui, ſub ænigmate, & verborum obſcuritate, antiquorũ more, poſteritati tradam: ne viros doctos irritem, qui ab inſuetis artibus maxime abhorre

abhorrere ſolent,& eos infamare,qui noua inueſtigare volunt.

¶ *Eu.* Abſit mi Vrani tantus error,nã quãuis certũ veriſimũq; ſit,& diuinis legibus conſtitutum ſingulis hominibus ſemel mori,& vita durante, innumeris morborum generibus conflictari,nullo habito perſonarum reſpectu. Nihilominus Dei optimi maximi prouidentia factũ eſt, vt naſcantur in dies optima ingenia, ad faciendam,& docendam medicinam;quam Deus altiſſimus creauerat, vt à morbis liberemur,& ſanitate fruamur. Propter quẽ finem,ſi Deus voluit,te non abſq; multis laboribus,& calamitatibus in quatuor medicinæ fontibus hactenus verſari, cur illorum beneficio proximis tuis non ſubueniesꝰ quamuis multa ſeſe offerant,quæ bonum opus impedire videantur. Nunquid bonis ſeruis licitum eſt Dei talenta ſub terram abſcondere, etſi ſexcentis aduerſariorũ calumnijs ipſi conflictentur,ſapientiſſimi

simi & potētissimi Dei auxilio implo rato, veritate & iustitia ductis quid timendum?

¶ *Vr.* Pacato, attētoq; animo audi, & recte iudicare poteris, perpēde quęso meorū studiorū labores, salutis & vitę pericula, vt clare aperteq; intelligas non esse vili precio vendenda, quæ tā tis laboribus & periculis comparaui. Ego vero postea quā sub clarissimis præceptoribus linguam Latinam, & Græcam, Dialecticam, Philosophiā, & Medicinam, magna diligentia didi ceram, in medēdiq; praxi multos annos consumpseram, & in publicè per legenda, docendaq; ea facultate multum laboraueram, & non solum mea, sed aliorum quoq; bonorum grauiūq; medicorum opera absq; animi affectu libere intuitus fueram, ipsam medicinam non esse omnibus numeris absoluram iudicaui: quòd plura in cognoscendo, prædicendo, & curando, quā præstare ipsa poterat, polliceretur; &

cum

cum ſæpe ſæpius Galenum & Hippocratem per legens exiſtimarem, huius rei cauſam Aſtrologiæ ignorationem fuiſſe, ad huius mali medelam, multorum annorum dies, noctesq; laborauj; vt ad plenam Aſtrologiæ cognitionē venirem: in qua ſane facultate, ea quę ad popularium morborum cauſas, nec non mutationes in ſalutem & mortē, meliorem, & deteriorem ſtatum facie bant, cum Hippocrate & Galeno veriſsima eſſe multorum ęgrotantiū exē plis obſeruaui. Adhæc multas ſyderū conſtitutiones ad hunc, vel illum humorem purgandum, ad alterandum, & roborandum accōmodatiores, & opportuniores eſſe experientia com probaui: multa pręterea non ſatis adhuc comprobata neq; inuenta ob noſtram negligentiam & pigritiam animaduerti: quare medicinā cum Aſtrologia coniunctam perfectiorem artē meritò eſſe exiſtimaui. Cæterum cùm in curandis ægrotis neq; illam præſtā

tiſsi-

tissimam Galeni Methodum, neq; sim
plicium medicamẽtorum facultates,
neq; secundum genera, neq; secundũ
loca componendi artem ab illo tradi
tam, neq; tot Græcorum, & Arabum
confecta medicamenta, nec mihi, nec
alijs exercitatissimis medicis, prorsus
satisfacere conspicerem: non ratione
methodi, sed medicamentorum defe
ctu. Quæ medicamenta cum debiliori
bus, vel pueris, vel senibus exhiberen
tur, præter ignauam eorum facultatẽ,
horrorem quoq;, tædium, ingratitudi
nem, offensionemq; non exiguam mi-
seris egrotis inducere, omnes fateren
tur. Idcirco de materia medica cœpi
cogitare, & in animum inducere meũ,
fieri non posse, vt qui creauerat medi-
cinam altissimus, veram ille & suauẽ
medicinã in creatis rebus non posſue
rit; arcanaq; maxima stirpibus, anima-
libus, & metallis non indiderit; sed po
tius dicendum nostra culpa hæc oc-
culta manere: quod præter Græcos &
Ara-

Arabes, nullos alios neq; rei naturã, neq; experientiam, neq; reconditas alias artes consulere multi graues me dici patiantur. Quare ego mi Euphile amantissime denuo volui me nouis atq; non exiguis laboribus & studijs subijcere, inter Græcos & Arabes inquirendo, chymistas consulendo, & sexcenta eorum opera legendo, sæpiusq; inuoluendo, & eorum abditiora arcana magnis sumptibus experiundo, quorum omnium occasione me in grauissimos morbos incidere experiebar, & nihilominus ab huius Philosophię studio & laboribus abstinere non poteram: sed tandem vt mihi videbatur optatum quasi cõsecutus fui; plura enim medicamenta chymicæ artis ope elaborata cõparaui, ad quemcunq; medicinæ scopum consequendum vulgaribus omnibus multo præstantiora. Vnde in exercenda medicina curandisq; morbis, non dico sapiẽtia & ingenio, sed dictorum remedio-

rum efficacia plus quàm alij præſtare videbar. Veruntamen cum quidam medici mea remedia eſſe chymica intelligerent, ad ea refellenda obijciũt multa, nam vt inquit Ptholemæus, id quod pauci aſſequuntur naturam habet multorum calumnijs obnoxiam. Sed argumenta illorum contra me facta omnia erant infirma, & refutatione indigna, vno excepto quod me ancipitem timidumq; tenuit multo tempore. Aiebat enim, chymica remedia ignis vehementia elicita empyreumatis participia ſunt, & vſq; adeo calida & ſicca, & tenuium partium, vt corpus penetrantia, calefacientia, & exſiccantia: & ſi preſentem affectum perimant, mediocritate tranſmiſſa abditam, & occultam in corpore diſpoſitionem relinquant, efficaciſsimam futurorũ morborum cauſam. Ad huius argumenti confirmationem cuiuſdam pharmacopei ægrotantis (cui mortem multi inſignes medici prædixerant) exemplũ addu-

Huius ægrotantis nomẽ erat Andreas natione

adducebant, eumq; chymicis remedijs ab insanabili morbo curatum à me fuisse, qui deinde propter corporis extenuationem balneis, & humida victus ratione indiguit, ijsq; remedijs me vti coactum fuisse. Hoc argumentum etiam si non satis firmum erat, altiora tamen inuestigandi occasio mihi fuit, quippe qui citra omne empyreuma, artem conficiēdi chymica medicamenta inueni, idq; profunda contemplatione multis experimentis, & attenta bonorum huius artis peritorū lectione, apud quos duplicem esse liquorum, balsamorum, & salium extrahendorum vniuersalē methodum intellexi: quarum vna artis solius, altera artis & naturæ beneficio procedit. Huius autem verum processum pauciſſimis notum esse scribit Paracelsus, quē sane processum quantum imbecilles ingenij mei vires assequi potuerunt, posteritati notificandi incredibili desiderio tenebar, ob idq; ex omnibus Maio nus.

meis ſtudijs depromptum hoc aſſum-
ptum coram omnibus aſſerebam, nem
pe medicinam niſi perfectam artem,
eſſe periculoſiſſimã, & perfectæ medi-
cinę quatuor eſſe veros fontes, firmiſ-
ſimaq; fundamenta; nempe vtriuſque
mundi Philoſophiam, Aſtrologiam,
Alchymiam, & medendi artem: qua
aſſertione audita contra me nonnulli
medici inſurgunt, fortè virtutem vitu-
perantes, ne virtute carere videãtur.
Dicunt enim, ex iſtis quatuor funda-
mentis duo, Aſtrologiam ſcilicet, &
Alchymiam radicitus eſſe euellenda,
& ſub anathemate prohibenda, iſtaſq;
artes vanas eſſe, mendaces, & nulla ra
tione optimo medico neceſſarias. Et
quod deterius eſt contra horum me-
dicorũ autoritatem, & imperium, nul-
la ratio nullaq; demonſtratio eſt po-
tis prœualere: aiunt enim ſecũ non eſſe
diſputandum, ſed ſuam ipſorũ deciſ-
ſionem audiendam, & quaſi ab oracu-
lo quopiam prolatam eſſe ſeruãdam.

Vide

Vide igitur mi Euphile an iſthæc ſuffi ciant, vt in apertum, claramq; lucem non proferam ea, quæ patres antiqui propter eandem cauſam fortaſſe ſub vmbra & ænigmate obuelarunt.

¶ *Eu.* Tuum animi pathema ſedabo, illiq; medebor, ſi attẽte audis, & ſi vis. Quãtùm quidem eximius pictor artis ſuæ peritia cæteros ſuperet, omnes fere aperte intuentur: ſed quantùm optimus quidam medicus artis medicæ ſapientia alios anteeat, obſcure admodum, & à paucis cognoſcitur: & ratio eſt, quia pictorum opera clara & aperta ſunt, & viſui ſubiecta: medicorum vero opera obſcura & occulta, & experimento fallaci, & rationi difficili ſubdita. Quare mirum non eſt ſi de rebus medicis varij variè ſentiant, & iudicent. Oportet igitur in ijs quæ ſenſum fugiunt, & rationẽ requirũt, vt tu rationibus oſtendere coneris ea quæ aſſeris: & cũ aſſeras quatuor eſſe verę perfectæq; medicinæ fontes, & ipſius

firmiſsima fundamenta, ea rationibus ſi potes oſtende, quibus rationibus aduerſarij reſpondebunt, de quorum reſponſione ipſi non erunt iudices, ſed alij claro ingenio prædíti homines, quorum æquum iudicium nec odium, nec amor perturbant. Dic ergo quibus medijs pores tuam demonſtrare ſententiam?

¶ *Vr.* Ad robur demõſtrationis cuiuſuis percipiendum duo mihi videntur in primis declaranda, de quibus inter me, & aduerſarios cõuenire oportet: vnum eſt de nominum ſignificatis, alterum verò de phænomenis, hoc eſt de ijs, quæ manifeſte apparent, ac ſenſu, experimento, & obſeruatione deprehenduntur. Hoc enim omnis optimæ ratiocinationis eſt initium, illud verò omnem homonymiam, & ambiguitatem de medio tollit. Quocirca ex mea & Theophraſti ſentẽtia, quid illorum quatuor fundamentorum nomine intelligatur, declarabo.

Vtriuſq;

Vtriuſq; mundi Philoſophia eſt illa, quæ maioris & minoris mundi naturam, conſtitutionem, & eorum omniũ, quæ in illis fiunt, cauſas in communẽ ſcrutatur: vnde altera illius pars circa cælos, aſtra, Aſtrorum motum, lumen, & affluxum, aërem, aquam, & terram, animantium, ſtirpium, & foſſilium naturam & paſſiones verſatur: Altera hominis anatomen, naturam, facultates, actiones, opera, ſalutis morborumq; cauſas, & effectus profundè intuetur.

Aſtrologia nõ ea hic intelligitur, quæ in communi ad primam & vniuerſalẽ Philoſophiæ partem ſpectat: ſed ea quæ peculiariter demonſtrat quomodo aſtrorum lumen, motus, & conſtitutiones ſint vniuerſales, & externæ ſalutis, & morborum cauſæ effectrices.

Alchymia hîc non accipitur pro ea parte, quæ circa metallorum ſertilem tranſmutationem verſatur, quæ quam plurimos finẽ non attingentes in ſumma miſeria conſtituit, & paucos, qui

optatum sunt consecuti, ad veram pau
pertatẽ incitauit. Sed nomine Alchy-
miæ eam spargiricę artis partem intel
ligimus, quæ purũ ab impuro segre-
gans, abditas cuiusq; proprietates in
apertum promit, & aquarum, oleorũ,
balsamorum, puluerum & salium innu
meras differentias cælesti & æthereo
spiritu præditas, mirabili facultate or
natas, coram oculis proponit. Ars me
dendi, quartum & vltimum medicinæ
fundamentum, est artificiosa illa me-
thodus, quæ per indicationes, expe-
rientiam, & Analogismum recte syllo
gizando remediorũ qualitatem, quan
titatem, occasionem, & vtendi modũ
inuenire solet. Atq; hæc de Philoso-
phiæ, Astrologiæ, Alchymiæ, & Artis
medendi significatis, euitandæ homo-
nymiæ causa, declaratis. Nunc ad phæ
nomena, & manifesto apparentia tran
seamus. Ea dico, quæ luculentissimè
in Astrologia, & Alchymia experimẽ
tis & obseruationibus à recto animo

præ-

præditis conſpiciuntur.
Primum omnium Solis motum obſeruantes, ab Ariete in Cancrũ, à Cancro in Librã, à Libra in Capricornum, à Capricorno in Arietem manifeſte videmus, Solẽ ipſum quatuor anni temporum, vtpote veris, æſtatis, autũni, & hyemis auctorẽ eſſe, totiuſq; anni effectorem.
Rurſus ſi ver vnius anni cum vere alterius, æſtatem vnius cum æſtate alterius, hyemẽ vnius cũ hyeme alterius, autumnum vnius cum autumno alterius comparaueritis, differẽtem in ijs temperaturam deprehendetis; cuius cauſam diuerſam Solis cõſtitutionem cum alijs planetis eſſe, continuo iudicabitis; nam ſi varietas non eſt ex motu & lumine, erit ex affluxu.
Præterea ſi magnas Saturni, Iouis, & Martis coniunctiones in ſignis humanis quid efficiant animaduertas, aperte abditam & malignam qualitatem aëri impertiri; indeq; peſtilẽtes, & po-

pulares morbos naſci obſeruabis, quẽ admodum per innumera ſæcula alij oculatiſsimi doctiſsimiq; homines obſeruarunt. Quare ex his, quæ diximus omnibus, ſi diligẽter obſeruetis, aëris calidæ, frigidæ, humidæ, & ſiccæ, atq; peſtilentis conſtitutionis cauſam aſtra eſſe affirmandum eſt. Deinde contemnenda non eſt illa obſeruatio, quã ſingulis menſibus experiri quiuis poteſt: nempe purgantis medicamenti vim retundi hebetariq; eo tempore quo Luna Ioui cõiungitur: cõtra eſſre natam purgationem ſequi, ſi à Marte fuerit inflãmata. Adhæc quo tempore Luna beneuolorum radijs in Scorpione & Picibus afficitur, eodem ſuaues, & conferentes purgationes ſequi, luculenter intuemur.

Sunt alia phænomena, quæ aſtrorum vires efficaciſsimas oſtendunt, ab antiquis iatromathematicis obſeruata, quale eſt illud Galeni, quod eũ docuit A Eſchriõ cãcros ſiu A Eſchrion empiricus ad curãdos eos qui

qui à rabido cane demorsi sunt. Obseruarunt enim iatromathematici antiquissimi, medicamēta sub certis syderum constitutionibus parata incurādis morbis tantum à reliquis distare, quantū merū ab aqua, de quibus multa apud eos videre poteris. Eadē plane ratione ab eisdem obseruatum est, tum principes, tum alias corporis partes maius robur accipere, si illis peculiaria medicamenta, Sole bene constituto duodecim cæli partes peragrāte diligentissime præparentur. Taceo in præsentia eas metallorum, & lapidum effigies, purasq; Astrologicas imagines, quas Ptolemæus, Marsilius Phicinus, Hieronymus Torrella medicus Valentinus, & Diuus Thomas probarunt. Est tandem in acutis morbis certissima & semper verissima obseruatio, quæ Lunæ vires, & efficaciā ostēdit in figura Astrologica sedecim angulorum, quam diligentissimè Ptolemæus, & Galenus noster obseruantes

uiatiles cō burebat so le existēte in Leone, Luna decima octaua ad rabidi canis morsus curandos.

Singularū corporis partiū cor roboratio cælitus cō paratur so le, lumine, motu & afluxu nati uū illarū calorem in situmque spiritū reficiente.

tes admodum,eā posteritati commē-
darunt.Nam Luna in illis angulis, vel
stationibus,(ita enim vocat Galenus)
suam vim & potentiā manifestat, seq;
crisis,& dierum decretoriorium, bo-
narum & malarum mutationum cau-
sam esse superiorē ostēdit. ipsa namq;
in bonis morborū principijs,bonas fa
cit alterationes, in malis vero malas;
idq; euidētius si peruenerit ipsa ad te-
tragonas,& diametras stationes, in
quibus maiorem potentiam ostendit,
tam in bonis,quā in malis mutationi-
bus,præsertim si steterit ipsa (vt loqui
tur Galenus)ad temperatos,& fausto s
planetas, vel intemperatos, & male-
uolos.Hæc,inquit ille,sunt phænome
na,& manifesto apparentia, quæ pro-
batione non indigent,sed sola obser-
uatione. Quare vt idem Galenus ait,
liberum est cuiq; obseruare,quod si id
quis noluerit,fidem adhibeat oportet
ijs,qui obseruarunt;& si neutrum pla-
cuerit,proculdubio inquit, is in stre-
pen-

pentium ſophiſtarum numero collocandus; qui cum finem habeant vincere, per fas, vel nefas, ſolo ſtrepitu docti videri volunt, nullo veritatis cognoſcendæ deſiderio ducti: ſicq; ex occultis manifeſta probari cõtendũt, cùm è conuerſo ex manifeſtis occulta inueſtigare deberent. Nunc ſi placet, antequam ad inſtitutum deueniam, ad chymica phænomena me conferam, vt ijs omnibus ſuppoſitis, ratiocinationibus quod inſtitui demonſtrẽ, aduerſarioſq; conuincam.

¶ *Eu.* Perge igitur, nam ijs quæ poſtremo loco adieciſti, tacite meis dubitationibus ſatisfeciſti: dubitabã enim, an aduerſarij deberent admittere iſta phænomena.

¶ *Vr.* Ea, quæ in Alchymia manifeſtiſsima ſunt, inexpertos valde ſubter fugiunt, & maxime medicos illos, qui ab omni practica Philoſophiæ abhorrent, & huius præſtantiſsimæ artis vtilitatem, neceſsitatẽq; negant. Quare illis

illis suadere imprimis oporteret, vt saltem rogati ad bonorum chymicorum opera oculos tantisper conuerterent. Sed multos tam deprauato animo affectos inuenies, vt verso capite vtramq; aurem obturare malint, neve ritate conuincti hactenus in errore fuisse fateri cogãtur. Aliosvsque adeo sciendi & veri intelligendi desiderio inflãmatos videbis, vt abditarum rerum cognitionem omnibus diuitijs, & delectationibus anteponant. Ergo illis omissis, in horum gratiam, qui veritatem amant, nonnulla huius artis phænomena adducamus. Ignis potẽtia plantarum & animantium omnes partes, quamuis sensus iudicio homogeneas, in triplicem substantiam separari aperte intuemur: vtpote sine arte in substantiã fumosam, flãmeam, & cinericiã: artis vero beneficio in aqueũ liquorem, oleum, vel balsamum, & salem. Rursus metallorum & fossilium materia ignis potentia absq; arte in cine-

Hoc phænomenon duobus modis deprehẽsum peculiaria ciusque reiclemen ta edidit, quæ Theophrastus sub æni-

cinerem, vel calcem, atq; in fumum cõ uertitur. Artis tamen magisterio in liquorem, balsamum, & salem transmutatur. Hæc deinde omnia, quæ arte fiunt, nimirum liquores, olea, balsama, & sales duplici methodo viaq; extrahuntur, altera magis arti, quàm naturæ; altera magis naturæ, quam arti debetur. Quocirca in illis differentia magna tum sensu, tum operationibus deprehenditur. Nam exempli causa, si ex cinnamomo duplici processu, aquam, oleum fragrantissimũ, salemq; iucundissimũ extracta obseruaueris, in illis quæ solius, quasi artis beneficio elicita sunt, acrimoniam quandam, & igneitatem, quã empyreuma vocant, inuenies, sensuq; cognosces: nihilominus miram operationem in depellendis morbis præstabunt, si à medico in quarto medicinæ fundamento versato adhibeantur. In alijs vero, quæ cũm artis, tum naturæ potentia cõfecta & ad perfectionem ducta fuerint, inuenies plane

gmate salis, sulfuris & Mercurij declarat.

plane in cinnamomi aqua, oleo & ſalè ſuauitatẽ, iucunditatem, fragrãtiamq; admirabilẽ, omnis empyreumatis no cẽtiſq; qualitatis expertẽ. Eodẽq; modo, ſi in alijs liquoribus, aquis, oleis, ſalibus, & balſamis animaduertas, eã quam dixi differentiam notabis. Eſt præterea conſideratione dignißimũ, & ad philoſophandum vtiliſsimum, rei naturam, vel vt alij dicunt ſpiritũ, in diuiſis tribus ſubſtantijs manere: ex quo phænomeno illud obſcuriſsimum Hermetis dictum intelligitur; dixit enim, vnicuiq; naturæ tria ineſſe, liquorem, vnguentum, & fecem, atq; in omnibus Draconem habitare.

¶ *Eu.* Has quas dicis tres vniuſcuiuſq; mixti ſubſtãtias ex ſtirpibus, animantibuſq; extractas, poteſt ipſa ars ex metallis, foſſilibuſq; elicere, elicitaq; oſtendere?

¶ *Vr.* Poteſt quidẽ, ſed ratione viaq; diuerſa, ſubtiliſsimoq; ingenio duplici, alterum violentum eroſionißq; participeps

ticeps contrarietate, & inimicitia procedens. Alterum natura iucundum, omnis erodẽdi virtutis expers, similitudine & amicitia rẽ totã perficiens.

¶ *Eu.* Quomodo in metallis hęc fieri possunt, ut ipsa sunt valde homogenea, & vsque adeo in suis substantijs vnita, vt in partes se diuidi non permittant?

¶ *Vr.* Res profecto admiratione plena, dum videmus absq; substantiarum locali separatione vnumquodq; metallum, necnon mineralia multa in liquorem, balsamum, & salem, ex quibus constant, conuerti, ita vt totum aurum liquor fiat, totum balsamum fiat, totum tusibile sal fiat, quid multa? nõne plumbum totum ceruſa, totum minium, totum vitrum, totum sal, totum liquor, totum oleum, & balsamum fit? idq; facili artificio, viaq; breui.

¶ *Eu.* Quæ nam est huius rei causa?

¶ *Vr.* Nunc quæ manifestò apparent proponimus, quorum causas alijs operibus persequemur, optimaq; metho-

do demonſtrabimus ea, quæ vix intelligere potuerunt, qui Alchymiæ, & noſtræ Florentiſſimæ Valentinæ ſcholæ aduerſantur.

¶ *Eu.* Nõ aduerſantur, ſed ſolũ dicũt Valẽtinos vniuerſalis medẽdi methodi, & remediorũ nõ eſſe memores, ſola tamen ſanguinis miſſione cõtentos.

¶ *Vr.* O bone Deus quid audio? patienter ferre volo: contra tales enim rationibus vtar non verbis arrogãtia plenis, quis enim adeò cæcus eſt, qui non videat celeberrimos illos medicos Valentinos (quorũ ego minimus) in medendi methodo, & medicamentorum omnium facultatibus verſatiſſimos eſſe? Sed ijs in præſentia omiſſis ad inſtitutũ reuertar, & chymica phænomena proſequar, vt poſſim iam cũ aduerſarijs, & calumniatoribus bonarum artium diſputare.

¶ *Eu.* Moderatius loquere amabo ſi placet, potentiſsimis enim contradicendum non eſt, ſed obſequendum.

¶ *Vr.*

¶ *Vr.* Deus optimus maximus, qui cę lorum orbes ſyderaq; condidit, Solē, Mercurium, & Venerem cōſortio ſemper vti voluit, vt hinc doceamur quātum conueniat, vt potentes ſapientiā, & modeſtiam coniunctam habeant, ne ius in malitiam conuertatur.

Sol potentiam, Mercurius ſapientiam, Venus modeſtiam ſignificat.

¶ *Eu.* Intelligo quid velis, chymica iam proſequere phænomena.

¶ *Vr.* Cum ex rebus omnibus ex elementis compoſitis, nempe ſtirpibus, animantibus, & mineralibus tres commemoratæ viſibiles ſubſtantiæ ſeparari conuertive poſsint, ſeparateq; coniungi & vniri. Experientia deniq; oſtēdit, quanta ſit in ſeparatis, vel iterum coniunctis agendi, & operandi potentia ad ſtatum ſecundum naturam conſeruandum, & affectus omnes præter naturam depellendos, ſi modo prudens dogmaticus & rationalis medicus illis vtatur, neq; dicendū eſt cū aduerſarijs, hæc medicamenta ob ſui efficaciā cauſam eſſe vt vniuerſalis me-

dendi methodi obliuiſcamur, nã quã-
to aliquod remedium eſt in agendo
efficacius, tanto periculoſius, ſi metho
do, hoc eſt ratione, & ordine non ad-
hibeatur. Itaque ſi multorum liquo-
rum, balſamorum, & puluerum, vel ſa
lium chymicorum facultates conſide-
res, non multis limitationibus in ex-
periundo opus erit; propter illorum
manifeſtam virtutem, & efficaciam.

¶ *Eu.* Vellem exempla aliquot in me
dium adduceres, quæ ſola experien-
tia, & obſeruatio confirmet.

¶ *Vra.* Sumam exordium ab aquis,
non ab ijs, quas diſtillant pharmaco-
polæ metallicæ qualitatis vſtioniſq;
participes, ſed ab eis, quæ vitreis chy
mica induſtria eliciuntur; inter quas
principatum obtinet aqua, ex acido ci
tri ad plurimos ſcopos medicos faci-
lè comparandos. Huius facultates, in-
ſigneſq; vires poterit bonus medicus
tum ratione, tum experientia percipe
re; ex ſapore enim, odore, & ſubſtan-

tiæ

tiæ modo manifestas eius operationes deprehendet; & ex ipsa frequentiori experientia abditas operationes intelliget. Habet enim refrigerãdi vim citra vllam obstruendi & condensandi virtutem; sanguinis & bilis calorem feruoremq; temperat; putredini contrariatur, & malignam pestilentemque qualitatem ex putredine natã miro modo extinguit. Quare febribus omnibus putridis, malignis, vel pestilentibus mirificè conducit, vt Bezaar lapis vester, quem magno emitis pretio, ad principes diuitesq; curandos, omnis methodi immemores, & vera materia medica destituti; abditamq; medicamenti facultatem perturbantes. Mitto alia aquarum omnis facultatis genere præditarum exempla, ne diffusior, quàm ad institutum pertinet, fiat oratio. Inter oleorum & balsamorum differentias, Mercurij, & Martis olea, & balsama coram vestris proponite oculis; quæ si optima

agendi methodo confecta fuerint, & rationali dogmaticaq; medendi arte exhibita, omni theſauro ſunt præſtantiora ad luem venereã, & fæculentã melancholiam extirpandam, & omnes ex ijs ſeminibus, & radicibus natos morbos curandos. Taceo balſamũ auri, cuius efficacia in curanda lepra, & ad principes partes roborandas eſt incredibilis. Omittõ coralli tinctura, & margaritarum liquorem, quæ choleram morbum celerrimè curant, & ventriculum, iecur, & cor manifeſtis & occultis viribus firmant. Olea deniq; aromatum, vt cinnamomi, ligni aloës, & aniſi, vti nimis vulgata relinquo, &c.

Sales, & pulueres ſi per omnes, vel præcipuos operationum chymicarum gradus tranſierint, maximam virtutẽ conſequuntur; iuxta illud Hermetis, Vis illorum maxima eſt, ſi verſa fuerint in terram: quod ſanè fit ob maiorem virtutis vnionem. Hoc euidentiſſimè

simè obseruatur in omnibus tincturis, chymicisq; medicamentis purgantibus, quorum conficiendorum scientia maiorem in Philosophia, & medendi arte cognitionem parit.

¶ *Eu.* Cur maiorem cognitionem parit in philosophia?

¶ *Vr.* Quia philosophia subiecti accidentium, passionumq; causas in ipso eodem inquirit; quas facilè reddit rei anatomes, hoc est resolutio, & rei cõpositio chymica.

¶ *Eu.* Non te habeo, dic exemplo aliquo clarius si potes.

¶ *Vr.* Demus exempli gratia phænomenon, & experimẽtum Paracelsi certum esse, nempe magnetis virtutem trahẽdi ferri, oleo augeri, tantoq; efficacius ipsum magnetem attrahere, quantò plus olei habuerit ille, nonne iam maiorem philosophandi occasionẽ habes, cur magnes ferrum attrahat?

¶ *Eu.* Dic amplius amabò, & quomodo in purgantibus idem fiat.

¶ *Vr.* Hæc indignis impertiri nefas, neq; bonum dicunt esse philosophi filiorum sapientum panem canibus tribuere: sufficiat tamen vt videant mordentes vnciam vnam, vel duas purgãtis pharmaci ad drachmam reduci pari, vel maiori efficacia, cuius rei causam, quamuis rabie infecti momorderint, non intelligent, nisi veneno depositio, arrogantia & superbia reiectis, tetros carbones tractauerint, & ab Alchymiæ operationibus non abhorruerint.

¶ *Eu.* Mira sunt hæc artis chymicæ phænomena, sed ad eorum causas intelligendas rogo; sufficit ne vniuersalis Platonis & Aristotelis Philosophia?

¶ *Vr.* Minime, vt ex opere de elemẽtis deprehendes, quod ego in gratiã præceptoris mei Ioannis à Plaça medici præstantissimi; & in omnibus medicinæ partibus versatissimi, composui, & in lucem cum alijs operibus, si

Deo

Deo ſaluatori placuerit, aliquando edam; quod non feci, quia hactenus mihi Mecænas defuit, vt Philoſophica, Aſtrologica, Chymica, & Medica opera prælo & ſapientum iudicio cõmitterem, & in publicum ederem.

¶ *Eu.* Chymicorum medicamentorum facultates in quibus morbis euidentiores ſiunt?

¶ *Vr.* In ijs, qui ſolius naturæ beneficio curari non poſſunt: nam etſi morborum omnium curatrix natura eſt, ſola tamen quamplurimos curare non eſt potis, ſed artificis induſtria, & remediorũ viribus indiget. Vnde phænomena chirurgicæ materiæ chymicæ ſunt omnium euidentiſſima, vt ſunt liquores, & olea, ſales, & pulueres ex plumbo, antimonio, vitriolo, auri pigmento, lapidibus, & metallis; quorum ſingulorum differentias, inſigneſq; facultates enumerare opus non eſt; inclinat enim dies, & quæ adduximus phænomena, ſufficiunt ad inſtitutum no-

ſtrum abſoluendum de vtilitate, & ne-
ceſſitate Aſtrologiæ, & Alchymiæ.
Quare his iam omiſſis, quas pollicitus
fui demonſtrationes aggredior.

¶ *Eu.* Perge igitur, attento enim ani-
mo tuarum ratiocinationum robur pō
derabo, quia grauiſſimos Medicos
Aſtrologiam, Alchymiamq; quotidie
vituperātes audio, artesq; vanas eſſe,
& medico inutiles affirmantes.

¶ *Vr.* Ijs profecto ſatius fuiſſet impe-
ritos artifices, quā artes ipſas damna-
re, & abuſu exploſo, aliorum labori-
bus, obſeruationibus, & remedijs in
miſerorum ægrotantium ſalutem me-
thodice vti, ficq; in iuſtam reprehen-
ſionem non incidiſſent: nam quamuis
omnia non poſſumus omnes, omnes ta
men ſe mutuo iuuare poſſunt, qui cha-
ritate moti proximorū ſaluti ſtudent.
Sed diſcedamus parumper ab eorum
reprehenſionibus, ad quas aliquando
reuertemur. Audi iam meas rationes
Aſtrologiæ, & Alchymiæ neceſſitatē
pro-

probantes, easq; perpende.
Omnis doctrina, omnisq; disciplina, quæ maiorem salutis, & morborum cognitionem, certiorem prædictionem, & curationis viam securiorem medico impertitur, illi est necessaria. Atqui Astrologię doctrina, discipliná ve medicum in salutis & morborum causis sapiętiorem facit, illiq; tribuit, vt melius prædicere valeat, morbi de cursum futurumq; exitum præuideat, & vt deniq; securius præcauere, atq; curare possit. Ergo medico necessaria est Astrologia.
¶ *Eu.* Tuę ratiocinationis maior propositio à finis plenitudine deprompta verisima quidem est: Cæterum tres minores propositionis partes probaturus es, vtpote medicum Astrologiæ beneficio melius cognoscere, prędiscere, & curare.
¶ *Vr.* Medicum Astrologiæ peritum salutis & morborum causas melius cognoscere, quædam demonstrant phænome-

nomena, ſuperius cõmemorata, nam ſi obſeruatione compertum eſt, Solis, Lunæ, & Planetarum lumen, motus & conſtitutiones aërem mutare, calefacere, refrigerare, humectare, ſiccare, illiq; occultam qualitatem imprimere, craſſum, & turbulentum, ſerenum, & tranquillum reddere; & deinde aërem quem reſpiramus corporis noſtri naturalem conſtitutionem conſeruare, vel immutare, omnibuſq; qualitatibus labefactare; proculdubio certiſſimum erit, Aſtrologiæ peritiã medicum in cauſis ſuperioribus, & inferioribus, ſalutis & morborum doctiorem efficere. Hinc meritò dicebat Galenus, eorum omnium quæ fiunt duo eſſe ſtatuenda principia, quorum alterum ordinatum & certum à ſuperioribus naturis originem ducere. Alterũ vero ab huius mundi aberrante materia proficiſci.

¶ *Eu.* Ignoro ſane, quomodo illa, quę dixiſti, tuis aduerſarijs diſplicere poſſint

sint? Ostende iam secundam assumptionis partem, nimirum certiorem prædictionem ex Astrologiæ cognitione fieri.

¶ *Vr.* Multis phænomenis id demonstrabo. Primum, si planetarum superiorum coniunctio popularium & pestilẽtum morborum est causa, vt obseruatio perpetuò demonstrauit, multo ante tempore prædicere medicus poterit populares, malignos, & pestilentes morbos, si non fuerit Astronomiæ ignarus: maxime si, vt Hippocrates præcipit, ex astrorum ortu, & occasu anni, qualitatem rimatus fuerit, quæ epidemiam pestilentemq; constitutionem auget, vel diminuit: vnde in prognosticis inquit: Si quid diuini in morbis ineſt, eius prædictionem edicere oportet, &c. Rursus in Luna, vt Galenicæ obseruationes ostendunt, in morborum principijs bene fuerit constitu ta, bonas facit alterationes; & male cõfigurata malas, cũ peruenerit ad suas

ſtationes, dubium non eſt, hinc poſſe medicum morbi decurſum, futurumq; exitum præcognoſcere, & miranda prædicere, modo in ijs fuerit exercitatus. Quocirca Ptolemæus ſapientiſſimus Aſtrologus præcipit medicis, vt ſuper ægrotis aſpiciant figuram ſex decim angulorũ. Et ſi angulos (quos ſtationes vocat Galenus) bene affectos videant, fœlicem exitum futurũ prædicent: ſi vero male, infœlicem: quare videor mihi ſatis in commune ſecundam minoris propoſitionis partẽ demonſtraſſe.

¶ *Eu.* Bene quidẽ, ſed in tertia aſſumptionis parte demonſtranda difficultatem video; nam in prima, & ſecunda ita rem habere, vt demonſtraſti, perſuaſum mihi ſemper fuit, ſola antiquorum philoſophorum auctoritate, qui vniuerſales rerum omniũ cauſas cœlorum lationes, conuerſiones, & aſtrorum lumina eſſe affirmant. Atq; ex ijs futura multa nos prædicere poſſe con-

tendunt, ſed ad curationem ſydera ipſa conducere, inane, & ridiculum eſſe videtur; quod firmiſsimũ ſit illud dogmaticorum, & rationalium medicorum theorema, indicationem nõ ſumi, niſi à natura, & à morbo, cauſáve morbum efficiente & præſente, vt hoc nomine cauſas abſentes reijciãt. Quare etiam ſi aſtrorum motus morborũ cauſas externas effectrices fateamur, vt egregij omnes Philoſophi ſæpe teſtificati ſunt, ad curationem tamẽ pertinere nullo modo poſſunt, cum iam receſſerint.

¶ *Vr.* Efficaciſsimum argumentum, quod maiori robore proponam, ſed adhibita diſtinctione diluitur, verum quidem eſt, indicationẽ nullam ſumi, niſi ab eo affectu (ſiue ſecundum naturam, ſiue præter naturam ſit) qui ſui conſeruationem, vel ſui ablationem indicat. Et cùm aſtra neq; ſui conſeruationem, neq; ablationem à medico expoſtulent, curationem non indicabunt.

bunt. Eiusdem etiam rationis momen
to, neq; anni tempus, neq; ætatē, neq;
regionem, neq; alias multas quæ præ
cesserunt causas, curationem indicare
conuinces. Cæterum duplicem esse in
dicādi rationem oportet intelligere,
pro se, vel pro alio, aut vt alij loquun-
tur, per se & per accidēs: à te adductū
theorema de ijs intelligitur, quæ pro
se, vel per se indicant, non autē de ijs
quæ pro alio vel per accidens dicun-
tur indicare. Indicant per se, quæ solū
sui conseruationem, vel ablationem
indicāt, vt sunt sanitas, & sanitatis præ
sens causa. Hinc Gal. per se indicantia
ternario numero in medendi metho-
do complectitur, quę sunt natura, mor
bus, & ambiens nos aër. Præterea quæ
cunq; alia nos in naturæ, morbi, vel
ambientis indicantis cognitionem ve
luti manu ducunt, pro alio vel per ac-
cidens indicare fatendum est. Vnde si
astra in ambientis & in morbosæ im-
pressæ indicantis qualitatis cognitio-
nem

nem nos ducunt, pro ijs indicantia dicentur, & indicatio, quæ ab ijs sumitur etsi per accidens sit, tanti est momenti, vt ea contemptã tum in perscribendis popularium morborum antidotis, tũ in adhibendis purgantibus in morborum principijs plurimum medicos errare contingat.

Duplex vtilitas ex cognitione causę superioris epidemios morbos efficientis, & humores ad turgentiam irritãtis.

¶ *Eu.* De primo errore non dubito. Plurimum enim conducit ad curandum, abditam & occultam morborũ qualitatem, superiorem eius causam cognoscere; quia impressæ qualitatis est signum & antidoti indicatrix: sed de secundo errore oẽs dubitabunt medici, neq; tu poteris, quod dicis verũ esse probare, præsertim hodie, vbi citra omnium causarum distinctionem, omnes fere medicamentis purgantibus in morborum principijs vtantur.

¶ *Vr.* Communi errore non admisso, vtilissimam esse ad purgãdum in morborum principijs ipsam astrorum ob-

seruationem, euidenter ostendē. Nam princeps medicorū Hippocrates opportunū purgandi tempus tribus docuit aphorismis. In primo id faciendū esse præcipit concocta materia. In secundo turgēte materia. In tertio quādo videbitur tibi: sed videri debet non semper; sed præmeditatione, optimaque ratione præcedente. Optima autem ratio hæc est, neque melior inueniri potest, nimirum quale remedium præsentibus adhibetur affectibus, tale imminentibus & futuris; sed præsenti humorum turgētiæ adhibetur purgatio: Ergo futuræ & imminēti turgentiæ adhibenda purgatio est. At futuram, imminentemque turgentiam absque facultatum, & virium celestium cognitione probè intelligere non potest, nisi fortè quis acri iudicio præditus à cælo medicus fuerit. Ergo ea astrorū cognitione reiecta & spreta, præmeditari non poterimus, an sit purgandum in morborum acutorum prin-

Non sufficiunt quatuor medicinæ fontes vt quis perfectus medicus fiat

principiis non adhuc turgente materia.

nisi cœlum ipsum medicum faciat? Martis & Veneris affluxum.

¶ *Eu.* Nouam & non adhuc auditam aphorismi interpretationem adducis, quam etsi veram esse tibi cõcedamus, quomodo astra futuræ turgẽtiæ erunt signa?

¶ *Vr.* Medici qui Astrologiæ contemplationis sunt imperiti, nullum quantumuis efficax argumentũ laudabunt, sed illud sophistarum more subterfugiẽt, nisi forte Christiani cum sint, veritatis, & publicæ vtilitatis desiderio teneantur; in horum igitur gratiam audi quæ dico. In omnibus morbis acutis, in quibus materia eos efficiens turgere potest, dispositio quædam futuræ turgentiæ esse debet, siue ij morbi dispersi fuerint, ex proprio cuiusq; vitio, & errore nati, siue Pandemij cõmunem causam habentes, quorum differentiæ sunt Epidemij & verè pestilẽtes à superioribus causis orti, & alij qui, etsi populariter grassentur, ab inferio-

ferioribus cauſis originem ducunt. Earurſus diſpoſitio ſiue ab inferioribus, ſiue à ſuperioribus principiis orta ſit, ſuæ potentiæ actum, à Lunæ motu, lumine, & affluxu accipiat neceſſarium eſt: bonæ enim, vel malæ criſes acutorum morborum communem cauſam Lunam eſſe obſeruatũ eſt. Ergo ſi prudens Medicus materiæ peccantis naturam, copiam & qualitates omnes ab inferiori, & ſuperiori principio natas conſiderauerit, & in turgentiæ futuræ ſuſpicionẽ deuenerit, adhæc in morbi principio Lunam à Martis coniunctione, quadrato, vel oppoſitione irritatam, inflãmataque viderit, & angulos figuræ ſiue ſtationes potentiores male affectas, irritanteſque prœcognouerit, multo ante tempore purgatione vti poterit, ad futurum malum præcauendum: atque id non minori argumento efficiet, ac ſi præſenti turgentiæ mederetur. Nam ipſa natura talem materiam reſpuit, ad eamque

Triplex cauſſa eſt

expel-

expellendam incitatur, neq; eam moderari & concoquere potest, & ex ea non euacuata imminent pericula multa, veluti ex iam turgēte materia, quæ Pharmaco non educitur.

cur turgentem materiam præsentem vel imminentem purgamus.

¶ *Eu.* Potest in medendis malis plures vtilitates ab Astrologia sibi Medicus comparare?

¶ *Vr.* Potest quidem, maxime in ijs affectibus, quibus diuinum aliquid inest, occultumque semen, quemadmodum sunt epidemij, pestilentes, & venenati cuiuscunque generis siue graues, siue mitiores, siue cōsueti, siue insolentes extiterint, dummodo morborū seminibus contrarias spiritalium medicamentorum facultates bonus, & diligens Medicus opposuerit. Præterea in roborandis firmandisq; principibus corporis partibus maximum beneficiū conferre Astrologia potest.

¶ *Eu.* Quomodo plana hæc omnia efficies?

¶ *Vr.* Ex supra commemoratis Phæ-

nomenis, necnon aliis Astrologicis obseruationibus, quæ dixi, probare posſem oĩa; ſed quia hæc peculiarẽ, & longã tractationẽ expoſtulãt, in aliud tractandi, & demonſtrãdi tempus reijcio. Nunc ſi placet, Alchymiam medico neceſſariam eſſe oſtendamus.

¶ *Eu.* Perſequere ſicut vis.

¶ *Vr.* Ea facultas, quæ pleniorẽ, & clariorẽ philoſophãdi viam medico tribuit, atq; illi medicaturo efficaciſſima gratiſſima, & omniũ tutiſſima medicamenta largitur, nõ ſolũ vtilis, imo neceſſaria eſt. Alchymiæ facultas in animãtium, ſtirpiũ & mineraliũ partibus plenioreẽ & clariorẽ philoſophãdi viã medico tribuit; & mixtorũ fere omniũ naturã, & affectiones ſcrutatur, & ex illis pſtãtiſſima remedia elicit. ergo Alchymia bonis medicis neceſſaria eſt.

¶ *Eu.* Quomodo illi qui chymicæ cõtẽplationi eiuſq; myſteriis, & operationibus dant operã clariorẽ, & certioreẽ in ſingulis philoſophãdi viam tenentẽ

¶ *Vr.* Omnes, qui Metaphyſica, vel v-

niuersitatis elementa veluti sufficiens suæ philosophiæ fundamētū iecerunt, atq; hinc ad particulariū affectionum causas reddēdas descenderūt, vniuersalē, & confusam de ijs notitiā habuerūt, quod prætermissis particularibus, & priuatis elemētis priuatā rei subiectę affectionē, ciusq; causam assignare voluerunt; quemadmodū qui affirmat epidemiæ causam astrorū constitutionem esse, & contaminatum, inquinatumq; aērem prætermittit, quod maximi erroris causa esse posset, nō enim omnes qui talem constitutionem habuerunt epidemia contaminati sunt, sed illi qui contaminatum aērem respirarunt, & ad contrahendam epidemiam certam dispositionem habuerint. Eodē modo, imo deterius multò errare mihi vidētur, qui de priuari subiecti affectionum causis agunt, sola vniuersalium elementorum cognitione habita, nulla de priuatis cuiusque elementis mētione facta, quorum cognitionem, & diuisionem sola Alchy-

mia docet, tantum enim distat aërea substãtia sulphuris ab aërea picis, quãtum Solis lumen, à Martis lumine, illa namquè argentum adurit & comburit; hæc vero nihil offendit. Ergo qui proximam affectionũ causam per rei anatomen, & compositionem chymicam inuestigãt, nonne in priuatis clariorem, & vtiliorem philosophandi viam inuenerunt?

¶ *Eu.* Quî fieri potest, vt Alchymiæ beneficio priuata elementa per dissolutionem chymicam separentur? naturæ enim vinculum, & stabilẽ vnionem quis dissoluere potest?

¶ *Vr.* Qua via id fiat, in commune dixi, priuatam autem cuiusque viam, & separandi rationem hîc docere, institutum non est, cæterum separata propria elemẽta, vel conuersa coram nostris oculis proponũt: chymistæ & veluti per causas, subiecti affectiones, nos docent, & nõ solum genericè, sed specificè & aperte philosophantur.

Eu.

¶ *Eu.* Aliquo exẽploid mihi oſtẽde.

¶ *Vr.* Querat quis, exempli cauſa, cur aurum, vitrum, & lapis amiantus, & talcus non inflamẽtur, & lignum, papyrus, & cera citò in flammam conuertantur. Statim Alchymiſta in his oleoſam ſubſtãtiam (ſulphuream ipſi appellant,) ab aquea & mercuriali facile igne ſeparari oſtendet, ob idq; inflãmari. In illis pinguem, & aqueam ſeparari nõ poſſe, ob eamq; cauſam neque inflãmari, vnde quod artis opẽra ab illis elicitur oleum, per conuerſionem incombuſtibile eſt: Mercurius enim ſulphur à combuſtione defendit. Vndẽ quæcunquè plurima ſubſtantia oleoſa ab aquea facile ſeparabili abundant, cito inflammantur, cõtra difficile, quæ paucũ oleum, & forti vnione cum aqueo liquore coniunctum habuerint. Hæc & alia permulta ijs abditiora per chymicam ſeparationem in ſingulis philoſophari nos poſſe ſat ſcio.

¶ *Eu.* Iam huius artis chymicę perdiſcendæ cupiditate inflāmatus, te exoro, vt ea artis chymicæ inſtrumentorum igniumque ingenia, & extractos liquores, & balſama, & ſalis differentias, quas domi habes, mihi libenter oſtendas, nam forte tuis artis operibus confirmatus, meam opinionem in ſcientiam conuertam.

¶ *Vr.* Quænam queſo hæc tua eſt opinio?

¶ *Eu.* Opinor ſanè multas rerum operationes ad primas qualitates, & certum rei ſubſtantiæ modum eſſe referendas, quas magiſtri noſtri ad occultam rei formam referunt.

¶ *Vr.* Videris profectò mihi clara mētis agitatione id cōſpicere, quod paſſim ſpargirica facultas experitur, nam ignis flāma, vel pruna admodū diuerſa in diuerſis pinguibus ſubiectis operatur, vt videre licet in carbone mineſali, & carbone pini, ferrū enim ab illo elaboratū ab hoc tractari nōpoteſt;

ſic

ſic frigiditas in Opio id poteſt quod in gelu nō poteſt. Sic ferrū, ferrū attrahit variato modo ſubſtantiæ per eius depurationem & tēperationem, quāuis nullam illi virtutem magnes tribuerit, modi autem ſubſtantiæ differentias Galenus, Ariſtoteles, horumque ſequaces non ſatis adhuc explicarunt, nec poſſunt Philoſophi explicare, ſi chymica contemplatione fuerint deſtituti. Sed de ijs omnibus in opere de Metaphyſicis vniuerſitatis & proprijs & peculiaribus cuiuſq; rei elementis abundè diſſerui.

¶ Ex. Oſtende iam amabo chymicorum remediorum neceſsitatem, nam ea, quæ ad Philoſophiam ſpectāt, opportuniori occaſione tractabimus.

¶ Vt. Variæ chymicorum remediorum differentiæ manifeſtæ apparent, vt ſuperius diximus: illorum verò neceſsitatem ipſimet noſtri aduerſarij fatentur; dum ea remedia vituperāt. Dicunt enim propter tantam illorum reme-

remediorum efficaciam eos, qui chymicis remediis vtuntur, generalem medendi methodum ſpernere, illiuſque obliuiſci. Sic igitur contra illos argumentor. Quodcunq; remedium medici ſcopos efficacius, & euidentius complet illi maxime neceſſarium, & infirmo curando vtiliſſimum eſt. Atqui vt fatemini, & phænomena commemorata, & alia permulta oſtendunt, chymica remedia, ſunt omnium efficaciſſima ad omnes medicorum ſcopos conſequendos. Ergo talia remedia optimo medico erunt neceſſaria. Nec valet quod dicunt medicos chymiſtas ob remediorum efficaciam medendi artis obliuiſci, nullam curandis ægris, naturæ, ætatis, regionis, anni temporis, cœleſtis conſtitutionis, & reliquorum rationem habentes: nam id remedium non damnat, ſed artis Medicæ imperitorum abuſum. Scio me diffuſius, & vberius hæc omnia tractare, diſputationemque hanc latiorem.

riorem longioremque scribere potuisse. Cæterum cum sit animus Ducis de Najara excellentissimi veritatis & publicæ vtilitatis amantissimi beneficio de singulis quatuor Medicinæ fontibus propriis operibus abunde disputare, & iam diu parta opera in lucem edere; hanc disputationi, (quæ aliorum operum veluti introductio erit) quam brevissime finem imponere visum fuit.

TEΛOΣ.

VALENTIAE
Apud Petrum Patricium, prope ædem D. Martini. 1589.